

Pa. 22. num. 26.

150

10
QVOD, FELICITER, CEDAT
DE
EFFECTV. LITIS. A. IVDICE
IN. CONTVMACIAM. PRO
CONTESTATA. HABITAE
INTVITV. REL. EXCEPTIONVM

1746/4
7/11

7483

DISQVISIONEM. PRACTICAM
MAGNIFICO. IVRECONSVLTORVM. ORDINE
CONSENTIENTE

IN. ACADEMIA. PATRIA. VARNIACA

XVI. APRILIS. A. MDCCXLVI

H. L. Q. C.

PVBLICA. DISPV TATIONE. TVEBVNTVR
PRAESES

THEODORVS. IOANNES
QVISTORPIVS


IVRIVM. LICENTIATVS. POETA. ATQVE. REGIAE
SOCIETATIS. TEVTONICAE. GRYPHISWAL-
DENSIS. MEMBRVM

ATQVE

RESPONDENS

IOACHIMVS. FRIEDERICVS. WEBERVS

SCHLATENO-MECKLENBVRG. I. V. C.



ROSTOCHII
FORMIS: ADLERIANIS





À SON ALTESSE SERENISSIME
MONSEIGNEVR

CHARLES
LEOPOLD,

DVC REGNANT DE MECKLENBOVRG,
DVC ET PRINCE DES VANDALES, DE SVERIN
ET DE RACEBOVRG, COMTE DE SVERIN,
SEIGNEVR DES TERRES DE ROSTO-
QVE ET DE STARGARDE,
&c. &c. &c.

MONSEIGNEVR,

*V*oyés ici aux Pieds de V^{OTRE} ALTESSE SERENISSIME le plus très-humble et très-obéissant de tous VOS fidels Sujets, VOVS offrant sur le marchepied du Trône de V^{OTRE} ALTESSE SERENISSIME, côme sur son Propitiatoire, les peut-être meurs Fruits de ses Etudes. Certes, je serois indigne du bon Genie, dont Dieu et la Nature m'ont doué; et dont j'ai par une vive Diligence, et par des sueuses soins avancé la maturité devant les ans; si je n'en faisois entierement le Sacrifice à MONSEIGNEVR, MON PRINCE, qui ét la Gloire et le Bonheur de toute ma Patrie, devantant par là à celle-ci, selon les Loys de la Nature, toutes ses utiles Productions. Il ét vrai, que celles, que je VOVS offre présentement, côme au Pere de ma Patrie, ne sont, que des fruits secs et ridés: Mais elles ne sont pas aussi, que des fruits de l' Hiver de mon Esprit, glacé jusqu'ici par la Rigueur de ma Fortune plus austere, et sterile, que nourrissante. Or MONSEIGNEVR, échauffés la par les Rayons de

de VOS bonnes Graces, côme d'un soleil fécond;
VÔTRE ALTESSE SERENISSIME verra en
peu de tems des fruits beaucoup plus riants, et beau-
coup plus goutants sur SON Autel, devant qui je
VOUS adore MONSEIGNEVR dans la dernière
Soumission. Vrayement MONSEIGNEVR, avoir
l' Ame élevée, et les Mains beaucoup chainées: avoir
des Lettres, et manquer d' Occasion pour les ap-
pliquer avec Eclat; avoir de soin, mais manquer d'
Affaire suffisante, et plus noble; entendre des Sci-
ences, des Arts, des Langues, mais n'en sçavoir
faire autre Usage, que de les oublier: cela fait une
telle Contrediction du Genie et du Destin, qui abbat
les plus belles Fleurs du Merite. Mais plaider
contre ma Fortune devant l' Autel de Sacrifice; quel-
le Effronterie! Non MONSEIGNEVR, je le fais
par un entier Devouement de toute ma Capacité au
service de VÔTRE ALTESSE SERENISSIME:
et je ne me plains pas d' un Etat inegal à mes nobles
Desirs de Gloire, que pour supplier VÔTRE AL-
TESSE SERENISSIME le plus instamment, qu'il
se peut faire, de recevoir mon petit Merite en VOS
Graces, et en SA Protection tres-puissante contre
tous les Efforts malins de l' Envie, et de l' Orgueil
des alterés par mon peu de Sçavoir; qui loin de le
pousser en haut, ne pensent, qu' à lui dérober son prix,
et de le fouler au pied, côme une herbe leurs dange-
reuse.

reuse. Rien ne VOVS sera plus facile, MON-
SEIGNEVR, que de m' elever de la Poussiere, et de
me mettre au depit de la Fortune en un Degré d' Hon-
neur et de Bonheur digne de ma noble Ambition: moi,
qui brave avec l' Esperance, que j' ai en VÔTRE
Grace, la Destinée, l' Orgueil, l' Envie, & la Folie.
Cependant je ne cesserai pas même dans la Poussiere
de mon 'Ecole privée, et entre les Bruits, le fracas,
la querelle, et souvant le Galimatias de Barreau
de prier Dieu pour le Salut de VÔTRE ALTES-
SE SERENISSIME, qu'il fasse LEVR Vieillesse
Nestorienne, et qu'il la comblât côme de toutes Sor-
tes de sa celeste Benediction, ainsi d'un Vigueur d'
un Achille. Ab, que le grand Dieu exaucât de tels
Voeus d'un fidel sujet, qui les fait très ardemment
de tout son Cœur, mourant

MONSEIGNEVR

à Rostoque
le 13 d' Avril
l' an 1746.

de VÔTRE ALTESSE SERENISSIME
le plus très humble, et très obéis-
sant Sujet.
THEODOR JEAN QVISTORP.

DE
EFFECTV. LITIS. A. IVDICE. PRO. CON.
TESTATA. HABITAE. INTVITV. REI
EXCEPTIONVM
DISQVISITIO. PRACTICA

S. I.



PRAECLARE. IAVOLENVS : cui iurisdictio da-
ta est, inquit, ei quoque ea concessa esse viden-
tur, sine quibus iurisdictio explicari non potest (a).
ita autem vis ac potestas coërcendi iurisdictioni cohaeret, vt iu-
risdictio sine modica coërcitione nulla sit (b). hinc est, quod et-
iam si follicite satis inperium a iurisdictione semper secreuerint
ROMANI; illud *in foro* circa causas tantum *criminales*, hanc circa
ciuiles tantum versari statuentes; hanc magistratibus permittentes,
illud populo reseruantes (c); voluerint tamen vt & cum iurisdic-
tione quaedam inperii particula, quae in exsequutione & coër-
citione CIVILI consistit, coniuncta esset: quemadmodum & iuris-
dictio, quatenus est causae cognitio, non separaretur ab inperio (d).
hoc scilicet inperii ideo datum magistratibus, quod omnes magi-
stratui non pareant; hinc iurisdictioni adiungi hoc, quod *mixtum*
vocatur. inperium oportuerit (e): cuius est coërcere & cogere non
parentem (f). quem non obtemperantem iudici quum artis vocabu-
lo *contumacem* vocemus (g); in contumaces haec magistratibus coër-
cendi potestas data est. ideo quoque per integrum iudicii ciuilibus
processum praesto sunt iudici media, quae capistrare litigantium
inmorigerorum proteruiam possit (h). neque ergo qua *litis conte-
stationem*, totius iudicii basin, vnice deest ratio, contumacem in non
respondendo ad litem sibi motam reum coërcendi. ecquis enim
praxeos vel leuiter gnarus ignorat, quam diutius sat contuma-
citer

▲

citer detrectavit reus litis contestationem, hanc tandem in contumaciam a iudice intercessisse fingi? quod quidem dum fit, *litem a iudice pro contestata adsumi* practici dicunt. QUANDO vero haec *fictio iudicis* adprime ad similitudinem *fictiois iuris* per commentum finitur, ex aequitate *possibilibus* adplicatum, iustitiae administrandae gratia (i); ita contestim adparet, eiusmodi litis pro contestata adsumtionem *casibus possibilibus* litis vere contestatae adcommodari oportere, quos casus possibiles litis vere contestatae si per *inductionem* vere logicam mente colligas, facile reperies, litem vere contestari reum *quadrupliciter* posse: vel enim I) simpliciter affirmatiue; vel contra II) simpliciter negatiue; vel III) affirmatiue, sed adiectis exceptionibus negatiuis; vel tandem IV) negatiue, sed iunctis exceptionibus affirmatiuis (k. nobis ergo in *effectum litis a iudice pro contestata habitae intuitu rei exceptionum* praesenti opella inquisituris, opus est, vt, quo illam modo iudex intercessisse fingat, principio discipiamus.

(a) Z. II. D. de iurisd.

(b) L. I. §. ult. L. ult. §. 1. D. de off. eius, cui mand. iurisd.

(c) vide distinctius haec exponentem in elem. suis iur. ciuil. secund. ord. institut. tit. de off. iudicis, §. 1318. seqq. coll. §. 1334. quae I. est tit. de publ. iudiciis, B. HEINECCIVM: & in syntagm. ant. rom. §. V. & VI. ad tit. de action. atque §§. praeliminaribus, ad tit. de publ. iudiciis accuratius ea ex antiquitatibus repetentem.

(d) L. VI. pr. ff. de officio PROCONS. sunt verba eiusdem HEINECCII. elem. iur. ciuil. tit. de off. iud. §. 1319.

(e) vid. GVNDLINGII. D. p. 130.

(f) vid. celeb. ESTOR in notis ad all. elementa HEINECCII. l. c. ad §. 1318. lit (b).

(g) CONTVMAX enim in genere vocatur, qui iudici non obtemperaverit; minus agendo, aut praestando id, quod facere a iudice iussus erat: L. LIII. D. de re iud. atque ergo variis haec contumacia modis committi potest, tam ab actore, quam abs reo: inprimis vel non veniendo; vel non respondendo; conf. omnino ill. I. H. BOEHMERI diff.

diff. in substrata materia nobis classica, de contumacia non respondentis, C. I. §. II. III.

- (b) vide modo IO. BRVNEMANNI diff. de praecipuis remediis, quibus reorum contumacia coerceri potest: & conferantur citati apud C. H. HORNIVM d. de contumace non adpellante, §. X. cit. locis.
- (c) vid. CHRISTOPH REDEKERI, olim nostratis, de fictione iuris civilis theses iuridicae; tb. VII. vbi haec *fictionis iuris civilis* finitio stabilita legitur, quod sit: *commentum iuris, ex aequitate possibilis applicatum, utilitatis*, substituimus: *iustitiae administrandae, gratia.*
- (k) ILLIS aliorum distinctionibus L. C. in *coniecturalem* & *iurisdictionalem*; *directam* & *indirectam*; *generalem vel implicitam*, & *specialem* *sive explicitam*; aliis, iam absque epierisi lubenter superfedemus, tantum autem abest, vt dichotomia illa ramistica L. C. in *affirmatiuam* & *negatiuam*, qua *sola* contentos deprehendo summos practicos, S. STRYKIVM. I. in P.F. cap. XV. § III. excell. DN. KNORRIVM in seiner gründlichen Anleitung zum Proceß, im 6ten Zff. §. 7. & THOENNIKERVM in aduoc. prud. in foro civili, S. LX. n. IV. quamque hic vltimus, cit. l. n. vlt. haud explicatam esse ipse suboluit, *sola* contento mihi esse licuerit; vt potius existimem, haec duo membra diuidentia *nouis adhuc subdiviisionibus* omnino indigere. ego ergo quatuor illas, quae cognoscuntur inde formari debere subpositiones, statim ipsas enumerare, farius duxi. de summa autem L. C. diuisione in *eventualem* & *puram*, vt infra §. XVII. lit. (oo). parabit, hic nondum quaerendi locus videtur.

§. II.

ATQVE vt ad vniuersalia & regulas generales reuocemus quantum fieri potest, casus singulares; neque indiuidualibus obferuationibus iudicium legentis obruamus potius, quam instruamus; systematice hanc causam expendere fas, aequumque erit, vel ergo *summario* iudicio experitur actor, dum causa adest, leuato cognitionis velo pernauiganda; vel *ordinarium* iudicium iusto suo tramite vertitur, quod lis ordinarium processum exigit,

A 2.

vel

vel admittat, *priori* moto iudicio plerumque (l) vel *interdicto* quodam, vel *guarentigionato*, quod barbare vocant, super debito liquido quod conceptum est, *instrumento* causa instruitur. QVODSI ergo, vt posteriorem casum priorem tractemus, (a) ex causa aliqua conueniris, atque ex *instrumento*, quod aduersum te producit actor, huius intentio manifesto, quod satis, fundata adparet; si contumax in non respondendo fueris, an iurato illud diffiteri velis, an recogniti vim exceptione vna, vel pluribus perimere; sub *poena recogniti* citatus, mox, purificato praeiudicio, pro *confesso* habebis (m): atque lis, *instrumento pro recognito* per fictionem iudicis *adsumto*, pro simpliciter adfirmatiue contestata in effectu adsumetur. NEC minus (β) si *interdicto* vapulas, pro qualitate causae, aut prorsus inauditum aduersum te reum, vel auditum quidem, sed irrito conatu reluctantem, *sine clausula mandatum* decernetur (mm): aut si, quod plerumque adsolet, res patitur, vt prius audiaris; initio quidem *mandata cum clausula* emanabunt: si vero tu contumax in non respondendo fueris, tandem *purificato praeiudicio*, quemadmodum casu priori, *pro confesso* habebis actoris intentionem, et *executoriales* vel *mandata sine clausula*, vt rei fert indoles, te contra decernentur. quo quidem vides, & hoc iterum casu litem *simpliciter adfirmatiue* abs te contestatam fingi. quae ita esse ac fieri quando praxis cottidiana testis est? (n); inde facili, arbitror, opera colligitur, in *iudicio EXTRAORDINARIO* seu *SYMMARIO*, quotiens ad coërcendum reum in non respondendo contumacem, lis pro contestata adsumitur, eam *in regula SIMPLICITER. ADFIRMATIVE. CONTESTATAM* a iudice fingi.

(l) PLERVMQVE inquam: tanta enim causarum summariarum est acies, vt vniuersaliter aliquid statuere difficile sit, nec audeam. admodum practicus est, & dignus, quem hic cum elogio nominem, IO. GEORG. BREMER, aduocati Duc. Saxo-Altenb. Aul. rr. iuridicus de *causis summaris & earum processu*. ALTENB. MDCCHI. cuius in *parte spec. 1. cap. V.* amplissimum causarum summariarum catalogum ordine alphanumerico causas illas summarias enumerantem, si vsui erit, (m) conf.

(m) conf. ill. BOEHMERI, cit. diff. C. I. §. XXIX.

(mm) QVOD mandatum quum sit, quo paritio praecise & absolute sub poena iniungitur, statuto termino, quo partitionem docere, vel declarationem poenalem audire debeat; definiente ill. BOEHMERO intr. in l. digest. tit. de interditiis, §. XIII. per se clarum est, hic nullam rei, ad quem directum est, responsionem admitti. imo tantum non ipsam exceptionem sub- & obreptionis respui: quippe quae vel ideo excludi non potuit, I) quoniam & mandata S. C. rescripta principis sunt; quibus ad vnum omnibus per c. II. X. de rescript. clausula: si preces veritate nitantur, germ. falls es sich angebrachtter massen verhält, semper inesse intelligitur. II) quoniam praeterea haec S. C. mandata altera parte plane non audita emitti solent: quod latius prosequutus est FRIDERVS de mandatis, lib. II. cap. XV. §. II. & GAILIVS lib. I. O. XIV. nec non MIN-DANVS de proc. lib. I. c. XV. n. IV. quibus itaque casibus mandata sine clausula locum habent, de illis autem conferis eundem BOEHM. §. iamiam alleg. XIII; reum in non respondendo contumacem ne mente quidem tibi concipere poteris. hinc & de illis in sequentibus amplius nihil dictum, quatenus inaudita altera parte decernuntur: alias enim contumacia illa antecedit, vt ex illis quae in §. sequuntur, adparet.

(n) conf. tantum GERDESIVS de mandatis cum, & sine clausula; RINCKIVS de eodem themate; nec non NYNNIVS. PROCESSVM autem mandatorum, qui hodie frequentatur, in locum interditiolorum successisse, & constat satis, & innuunt HEINECCIUS elem. iur. civil. sec. ord. inst. tit. de interditiis §. 1306. & BOEHMERVS a. I. §. VI.

S. III.

QVAE simpliciter adfirmatiue litis pro contestata adsumtio quoniam, vt ex ipsa vocabuli notione consequitur, ab omnibus exceptionibus tam dilatoriis, quam peremptoriis destituitur; hunc harum intuitu effectum habere debet, vt omnes, cui competunt, reo praescindat: neque illis amplius audiri reum eodem iudicio patiat. ita enim hoc extraordinario iudicio vtrisque per repetita mandata processus instruitur, vt tam arte cohaereant res iudicata, reique contumaciae declaratio, vt haec absque illa esse nequeat.

REI autem iudicatae haec vis atque potestas est, vt pro veritate simpliciter habeatur; faciatque ius inter partes; & nouam causam debendi constituat; adeoque nullo modo, (hinc nec per exceptiones causae) regulariter retractari possit: legis verba ill. BOEHMERI (o); rem vero LL. ab eodem allegatae directis verbis confirmant. ideo nec iudex ipse, quae potuisset, voluisset, debuisset vi nobilis sui officii supplere, re per contumaciam rei perdita, poterit amplius, voblet, debeat. etenim, vt constat inter omnes, & huius officium omne sententia finitur, quae in rem iudicatam transit, sua; adeo quidem, vt nihil ipsi, quam *executio* remaneat. et obstat ius per sententiam actori quaesitum. adcedit praeterea, quod contumax non adpellet (p), neque remediis suspensiuus gaudeat: quin horum quoque interim fatalia effluxa sint; nec a decreto arctiori *confirmatorio* possit prouocari (q). tu vero cauto, ne remedia, quae fortean, *casu singulari*, ita condemnato adhuc per *modum actionis* superesse possunt (r), cum *exceptionibus* confundas (s): vel, quae iustis verisque purgari argumentis contumacia potest, hac definitione comprehendas (t). *)

(o) introd. in ius D. *tit. de R. I. & E. SS. §. X. IV.*

(p) SED in praxi hanc poenam ad contumacem in non veniendo restringat, quem vere contumacem vocant: contumacem in non respondendo, quem *ficte* tantum contumacem adpellant, benignius ab illa excipientes. vid. HORNIVS a. d. §. *vlt.* sed legatur, in primis quod ad hoc, in quo modo versamur, *extraordinarium & mandatorum* iudicium adinet, ill. BOEHMERVS saepe cit. *diff. C. I. §. III.* adcedit, quod in genere non minor sit contumacia eius, qui tacer, ac, qui non comparer: hinc dubium hodie non sit, *utramque* contumaciam eadem poena plecti posse. CARPZ. P. I. C. X. def. XVI. NICOLAI in *proc. c. XXXVI. p. 388. lit. b.*

(q) PER sanam rationem, & notoria: quoniam enim prius vim rei iudicatae nactum est, & arctius eius sequela necessaria est, idem esset, ac contra ipsam rem iudicatam remedium quaerere, quae tamen nec posteriori sententia tolli potest. L. I. C. *sent. resc. non posse.* ibique BRVN-NEMANNVS commentator.

(r) POSSE enim remedia iuris in genere spectata quadruplici modo poni;

poni: vel enim I) per modum *actionis* leparatim institutae; vel II) *re conuentionis*; vel III) *exceptionis*; vel tandem IV) *incidenter*; gra- uiter monet, docetque ill. BOEHMERVS tr. de A. *sect.* I. C. I. §. VI. quam in nota subiuncta e) per exemplum explicat vberius, haud itaque *in se* implicat, alicui remedium aliquod adhuc per modum *actio- nis* conpetere, quod ipsum per modum *exceptionis* iuuare iam desiit. QVIA tamen, quod ad substratam materiam adinet, res iudicata nullo modo, ergo nec per contrariam ACTIONEM *regulariter* retractari ac rescindi potest; per *tot. tit. C. sentent. rescindi non posse*: casu vero singulari per *exceptionem* possit; eiusmodi hic intelligenda remedia sunt, quibus vel priuilegium datum est, rem iudicatam rescindere; vel sententiam rei in vim iudicatae transire non potuisse, hinc nec transisse, declaratur. idcirco exempli causa casum tibi finge, quod *condictio indebiti* per quietantias, post rem in contumaciam iudicatam demum repertis, condemnato nascatur; vbi conf. B. a LVDEWIG diss. *de iure retractandi transactionem*, (cui quidem notorie aequalis cum re iudicata vis intercedit); *nouis instrumentis repertis*; coll. tamen HEVBLINI diss. *de re iudicata ob nouiter reperta instrumenta non retractanda*: nec non ill. a WERNHERI obsf. *fel. forensium T. I. P. III. O. CCXI.* et habebis rei, qua prius, exemplum, qua posterius puta, si qua illi *querela nullitatis* conpetat: idque vel a) ob *incompetentiam* iudicis notoriam; conf. BOEHM. c. d. C. I. §. XIX. quoniam expeditum est per *L. fn. D. de iuris d. iudici incompetenti impune non pareri*: nec iudicium extra casum reuentionis, invito reo, prorogari a iudice posse: e contrario sententiam ferri debere a iudice *competente*: *L. I. II. C. si a non comp. iudice iudicat.* vel b) ob *falsum procuratorem* imperrantis: vbi digna est, quam relegas RADOVILL olim nostratis, diss. *explicans ex LXXIV. C. de procurat. iuncta L. LVI. ff. de iudiciis, questionem in iure satis vexatam*; *utrum, & quatenus dominus gesta a falso procuratore in suis fauorem, finita per sententiam instantia, obiectaque a parte aduersa iam de nullitate protestatione, possit rati habere?* quacumque conferas WISSENBACHII exercit. ad ff. p. 317. & GVNDLINGII, immortalis illius nominis lCti, p. p. CCXCIX.

(r) INTELLIGE iis, quae *vnice* ad defendendum conceptae sunt; quas
que

que omnes re iudicata excludi patet; quod nisi ita privilegiatae sint, ut contra *executionem* adhuc obponi possint. quamvis nec hasce posterioris generis exceptiones *contumaci* reo, condemnato in causa *summaria*, propitio iure concedi, concedamus; per verba finalia §. III. L. XIII. C. de iudiciis, quam mox integram huc exseribemus.

(e) conf. B a LVDEWIGII. d. de purgatione contumaciae: cuius C. I. de purgatione contumaciae in genere; C. II. de causis purgandae contumaciae; C. III. de modo purgandi contumaciam; & denique C. IV. de efficacia purgationis contumaciae; exasciate tractavit ita, ut tuto me illuc remittere possim.

*) VERVM NE, cui ita presse inhaeremus hoc casu, rei iudicatae e diametro contradicunt L. I. § IV. C. *comminationes, epistolas, programmata, subscriptiones auctoritatem rei iudicatae NON. HABERE?* ecquid enim expressius, propiusque huc faciens statui potuisset verbis: *Interlocutio praesidis apud acta signata, ut, nisi solutioni debitiis, qui convenitur, obsequium praestitisset, duplum seu quadruplum inferat; voluntas potius comminantis, quam sententia iudicantis est: quum placitum huiusmodi, ne rei iudicatae auctoritatem obtineat, iuris ratio declaret. & memini, ex his petito argumento, in causa quadam magni momenti summaria, rem iudicam per mandatum poenale de restituendo, a quo prouocatum non erat, euerti voluisse, verum, ut ne opus habeam, genuinum harum legum sensum ex antiquitatibus processus antiqui romani eruere pluribus; cum ad BRVN-NEMANNVM te ablego, in commentario suo ad *b. tit. C. te momentem*, hic sermonem esse de mandato iudicis poenali vnice per modum comminationis, non per modum *decreti* inter partes, emissio; quod posterius effectum sententiae omnino haberet, per L. VII. §. VII. D. de *administ. tut.* tum, si forte, quod suspicor, hac definitione non capiaris; quod verba legis: *interlocutio praesidis*, vexam tibi faciant, tamquam & de vero *decreto interlocutorio* loquentia: ubi tamen iterum interlocutionem *meram* inter & *mixtam* deberes distinguere: quod nostram, quam tractamus, ad causam adinet, ad claram te legem, & *nouiore*, & *classicam*, prorsus pro nostra sententia causam dicentem, §. scilicet III. L. XIII. C. de iudiciis auoco, hac ita diuus IVSTINIANVS imp SIN *autem* REVS *abfuerit*, con-*

stitu-

Attuit, & similis eius processerit inquisitio, quemadmodum pro persona actoris diximus, etiam absente eo eremodiciam contrahatur, & iudex (secundum quod veteribus LL. cautum est,) NB. ex una (actoris scil.) parte cum omni subtilitate causam requirat: & si obnoxius fuerit inuentus, etiam contra absentem promere condemnationem non cesset, quae ad effectum perducatur: & per res & facultates fugientis victori satisfiat: siue ipse iudex ex sua iurisdictione hoc facere potest, siue per relationem ad maiorem iudicem hoc referatur, & ex eo legitima via contra res contumacis aperiatur: nulla licentia ei, vel alii, personam eius solam praetendenti, concedenda contradicendi, cum in possessionem huiusmodi ex causa actor mittitur: nec si diuersus ipse fuerit. & voluerit fideiussores dare, & possessionem recuperare, audiatur: IN. HVIIVSMODI. ETENIM. CASIBVS. OMNEM. EI. CONTRA. DITIONEM. EXCLVDIMVS. cequid, quaelo, adhuc superest dubii, quominus proflus nobiscum sentias?

§. III.

QVIBVS de iudicio extraordinario seu summario ita visis, iam quaestio ad ordinarium deuoluitur. hoc vbi aduersus reum, in non respondendo ad litem sibi motam contumacem, vertitur, quis tum modus in lite pro contestata adsumenda a iudice teneatur, accuratius videndum est. et quidem, si rem rigoroso philosophemate dirimere liceret, existimari omnino posset, litem hoc quoque in iudicio tunc simpliciter adfirmatiue contestatam fingi debere. est sane, vt statim principio huius scriptionis vidimus, haec litis pro contestata adsumtio medium coercendi rei in non respondendo contumaciam: hinc quadam huius contumaciae poena: at vero ipsa poenae notio malum quoddam inuoluit: hinc eam neutiquam in otium eius & fauorem qui eius reus est; ac eius contra, cui satisfaciendo statuitur, in incommodum vergere debere consequitur. manifesto autem in rei contumacis otium & commodum, actoris contra innocui in incommodum vergeret, si negatiue potius, quam adfirmatiue contestata fingatur. quando quidem sic actor nil proficui ex rei sentiret contumacia; sed molestiam potius inde pateretur; dum per litis contestationem negatiue conce-

B

ptam

ptam, onus ei probandi iniungitur; a quo illum ipsa illa rei in non respondendo contumacia per tacitam confessionem iam liberasse videbatur (v). FINGE tibi porro, eam pro *simpliciter negatiue* contestata a iudice adsumi: aedepol! potius in rei contumacis praemium, quam poenam & coercitionem; vnice vero actoris in onus, & maximum quidem, inuita prorsus ASTRAEA, hoc iuris promouendi remedium natum videtur. rarius enim, saltim non semper reperies reum, adeo quidem in negando calumniosum, vt prorsus per singula actionis capita eam inficias eat, ita, vt singula probare actorem oporteat. nonne vero hoc abscessisse fingendum est accidisse, vbi lis a iudice pro *simpliciter negatiue* contestata adsumitur? vti iam alia argumenta taceam (x). ET nihilo tamen fecius haec *praxis communis* est (y), vt, si reus litem contestari praefraete recuset, & tamen peremptorie citatus fuerit, actor petat, vti lis pro *negatiue contestata* adcipiatur, in contumaciam non respondentis; ac ipsemet ad *probationem* suae intentionis admittatur (z), quo quidem prius facto *lis a iudice pro negatiue contestata habetur; actori probatio iniungitur; & cognita causa sententia fertur* (a).

(v) CONCLAMATVM enim, atque tam legibus ciuilibus, quam naturali rationi consentaneum est, id quod posterius ingeniose satis demonstrat KOEHLERVS *exercit. iur. natural. VI. a §. MCCCLXI-MCCCLXIV*; qui tacet, quum contradicere debuisset & potuisset, hunc pro tacite consentienti, ac pro re nata, confitenti habendum esse. quidni ergo reus, in non respondendo ad litem sibi motam contumax, pro tacite causam confessio habendus erit? *arg. L. XXIX, ff. de iurei. c. VI, de confess. in 6. L. XI. §. IV. de interr. in iure fac.* confessio autem rei in *caussa ciuili*, quam semper respicimus, equidem *modus probandi* non est; *releuat*, seu *liberat* tamen a probando: habeturque id, quod in confesso est, pro re iudicata, ita, vt nihil amplius superfit, quam, vt iudex condemner & exequatur in confitentem, quod ab actore petitum est. *L. I. D. de confess.*

(x) QVAPROPTER, quum neque supra allegata *L. XIII. §. III. C. de iudiciis* romana; neque infra allegandae LL. germanicae, quibus hac in re *praxis iudiciorum* originem suam debet, de litis contestatione hoc casu pro *negatiue* contestata in contumaciam adsumenda *expresse & absolu-*

absolute constituent: contra lex romana subtilitatem tantum a iudice exigat: quaeque leges germanicae de probatione ab actore adferenda, & processu iusto ac consueto tramite prosequendo habent, & huc quoque rationabiliter explicari poterunt; aliis arbitrandum relinquo, numne iudici iustitiae tuendae ac promouendae causa, utque ne actoris iustiori petitioni desit, liceat interdum, quod ipsi relictum est arbitrium boni viri, ob extremam manifestamque rei contumaciam, & concurrentes causas praegruantes alias, litem pro simpliciter affirmatiue contestata adsumere; actorem ab onere probandi dispensare; saltem exactiorem probationem minus exigere; reum contra pro iudicato habere? atque hoc, terminis ita positis habilibus, casu singulari facto, an reo, ita ob contumaciam condemnato, grauamen inde nascatur hinc appellatio succurrat? mihi quidem, nec tamen, nisi ingenii causa, con- tendo; prius videtur: posterius non videtur. idque ob L. XXIII. §. III. D. de appell. & L. LXXIII. §. I. de iudic. harumque rationis congruentiam. neque vero hic locum inuenit illa inter contumacem in non veniendo, & in non respondendo, quae quaeri, semperque cre- pari solet, differentia. LITIS contestatio olim erat legis actio, quae prae- sentiam personae postulabat; pr. J. de iis, per quos agere possumus, & ibi VVLTEIVS: & concepta formula, ore prolata, perficienda erat? vi- delis, quae de legis actionibus habet B. HEINECC. histor. iur. rom. & germ. lib. I. §. XLII. elem. iur. ciuil. lib. I. tit. II. §. LXIX. n. I. sunt. antiquit. roman. proem. §. VI. & de litis contestatione in iure facienda IO. SAM. STRYKIVS in processu iur. rom. antiq. cap. IV. n. LI. nec minus huc faciunt, quae ibidem a n. LIIX. usque ad finem capitis exponuntur. hodie vero regulariter (noui enim, quasdam caus- fas hodiernum personalem litis contestationem exigere;) & ab absenti- bus, & scripto fieri potest. RATIO autem, quam promittit ICtus PAV- LVS lib. V. sent. tit. V. §. VII. apud SCHVLTINGIVM in iurisprud. anteiustin. p. CCCCL. aequaliter patet; ubi ita: TRINIS litteris, in- quit, vel EDICTIS, aut vno PRO. TRIBVS dato, aut TRINA denun- ciatione conuentus, nisi ad iudicem, a quo sibi denunciatum est, aut cuius LITTERIS, vel EDICTIS conuentus est, venerit, (ad causam respon- derit), quasi IN. CONTVMACIAM dicta SENTENTIA auctorita- tem RERVM, IUDICATARVM obtinet; QVIN. IMO. NEC. APPEL-

B 2

LARI

LARI. AB. EA. PŌTEST. consentit L. verbotenus iam allegata XIII. §. III. C. de iud. in f. ATQVE dic age! quod nisi *dolosae* contumaciae notam incurrere vult reus, quid eum impedire potest. si, quod respondeat, habeat, quomodo autem respondere debeat, nondum noverit; quo minus *dilationem* inpetret, inpetratae vero, ut fit, *prorogationem* plus simplici vice petat, obrineat, adlegatis, & tandem iureiurando evictis impedimentis? caueat autem omnino, ne ipsa haec *dilationum*, si adpareat ambitiosa, exactio, calumniam eius ac contumaciam prodatur. quumque, bone deus! postremo nil tamen eum maneat, quam litis a iudice pro negatiue contestata adsumtio; quidni illam ipse, si conscientia patitur, simpliciter negatiue contestabitur; adiectis praeterea, si quas habet, exceptionibus eventualibus adfirmatiuis: nisi *dolose* contumax? VBI vero de *dolo* non respondentis constar, illum omni fauore, nedum appellatiōis beneficio, quo tantum grauat succurritur, ut indignum, destitui oportere, & res ipsa loquitur, & LL. confirmant: quippe quae *dolum* nemini patrocinari permittunt. vid. ill. BOEHMERI saepe cit. diff. C. I. §. III. PRAECEDERE tamen debere hoc, si obtiner, ego nihil definio, casu *comminationem peremptoriam*, ex L. LXX. ff. de iudic. aperte colligitur: vti & in genere per infra allegandum textum ORDIN. IMP. CAMERAE requiritur. id saltem, arbitror, omni vacat dubio, eiusmodi, de qua haecenus dictum, comminationem peremptoriam praecudicalem, & peti ab actore, & decerni ad terrendum reum a iudice absque scrupulo posse. quandoquidem, spe responsionis nihilo tamen minus decollante, adhuc penes iudicem stat vnice, an *purificare*, quod vocant, praecudicum; an, mitius eum reo agendo, tantum pro *negatiue* contestata litem in contumaciam adsumere velit, et huc pertinere possunt LL. supra adlegatae l. §. IV. C. *comminationes* &c. *auſtoritatem rei iudicatae* non habere. memento hic, (si qua vis iuridica reapse inest paroemiis) qua iudicem reumque illius: *Es wird so heif nicht gegessen, als es aufgeben wird*: qua auctorem vero tritissimae: petuntur iniqua, obtineatur ut aequum, QVAM vero sobria, quamque & pragmatica haec mea circa curiam philosophemata sint, ex illis abunde videre est, quae idem ille illustr. BOEHMERVS c. diff. C. I. §. XXV. & XXVI. de praxi iuris *saxonici*, tam *communis*, quam *electoralis*, late exposuit.

(7) FVNDATA in cit. XLIII. P. III. ORD. CAM. S. R. I. ad cuius normam

mam constat, *particulares* STATVVM processus ordinationes confectas esse ad vnam omnes : atque confirmata in *REC. IMP. nouiss. §. XXXVI.* ad cuius normam dicasteria STATVVM pariter tantisperdum *contrarium* specialiter *introducitur*; vel nisi ex antiqua praxi retentum ; adstringuntur. conf. CHR. THOMASII de potestate legislatoria statuum I. contra ius commune *diss. §. XLIV. seqq.* vtrumque iam te docet BRVNNEMANNVS in comm. ad C. IVST. *ad L. XIII. C. de iudiciis §. III. & IV. in f.* consentit ergo & praesenti in re cum ordinatione camerali ORD. DICAST. PROVINCIALIS ducatus nostri REVISa de a MDCXXII. P II *tit. II. X. vom Ungehorsamb*, vbi ita : Wann aber der Beklagte sich, für befestigung des Kriegs, *darin* (puta in non comparendo, vel non respondendo,) *ungehorsamblich* erzeiget, *So solt is pro contestata angenomm. n werden.* cum qua iterum verbotenus concordat ORD. CANCELL. GVSTROV. de a, MDCLXIX. P. II. T. II. X. contra vero praxis illustrius horum dicasteriorum processum IMMISSIONIS, in cit. §. XXXVI. R. I. N. sublatum, antea receptum constanter retinuit, & hodiernum in constanti frequentique vsu obseruat : quo de quidem eleganter ac pragmatice D. MICHAEL. CHRISTOPH. SCHOMERVS in *diss. sua inaug. LVGD. BATT. habita ; de vero iure & effectu immissonis ex II do decreto, additionis in solutum, & adiudicationis mecklenburgicae*, commentatus est. QVVMQVE porro ORD. IVD. PATRII ROSTOCHIENSIS, vi concordatorum ciuitatis cum DVCIBVS. SERENISS. *de MDLXXIII. XXI. SEPT. §. gleicher Weise* quam fieri res pateretur, tenori ORD. DICAST. PROVINC. conformiter sancienda fuerit ; facile est intellectu, cur vtrumque, quod modo diximus, iure quoque patrio municipalis & statutum sit, & obineat. ita enim iam legitur in *der Gerichts Ordnung eines Erbarn Raders der Stade Rostock. Publiciret Anno M. D. LXXIII. den 24. Aprilis. apud STEPH. MOELLEMANNVM. cap. von der Citation, p. m. 17.* Darauff solt Beklagter, für das erste mahl (si contumax fuerit,) in 4 fl, zum andern mahl in 8., zum dritten mahl in 12. fl. läsbich, dem Gericht zu erlegen, vortheliet werden, vnd zum vierten mahl, wollen wir, auff Elegers ferner anuffen, die Elage anhören, Eundschaft vnd Beweis auffnehmen, vnd in der

Sachen vorsehen, vnd entlich sprechen, wie Recht ist. quorum & infra p. m. 37. sectione v. m. **SAUEL** oder **WIDKONZECH** §. Vnd da beclagter re. denuo prouocatur. **REVISA** vero, quae apud eundem **MVELLMANNVM** a. M. D. **LXXXVI.** prodit, P. I. tit. XII. §. V. proflus ORD. CAM. IMP. sequitur, vt patet ex his: da er (der Beklagte) aber auch volgendts zum andern mal ungehorsamlich außbleibet, sol dem Klegler in contumaciam entweder zu der Vorfestung d. r. Stadt vnd derselben Gebiere oder nach Gelegenheit zum einzag *ex primo decreto*, oder aber in der Hauptfach ordentlicher Weise bis zum ende, wie jme Klegern solches am gelegensten sein wil, zu procedirn vorgündt vnd zugelassen sein. neque per R. I. N. processum IMMISIONIS hic **ROSTOCHII**, quamuis vrbs tantum *mediata* sit, sublarum esse, praxis eius frequentissima testis est.

(2) OB verba: **Auf Klägers anrufen**; tam in ORD. CAM. IMP. c. l. quam ciuitatensis iudicii, l. c. occurrentia; nec non verba REC. IMP. NOV. §. c. **XXXVI.** **Wann das RUFFEN erkennet**. quin hanc litis in contumaciam pro contestata adsumptionem ad officium iudicis **MERCENARIVM** pertinere, adeo per se clarum visum **ORDINATIONIBVS** dicasteriorum **PROVINCIALI**, vt id monere superuacuum duxerint.

(a) **QVAM** praxin hodiernum obtinere testatur cum saepius laudatus ill. **BOEHMERVS** subinde adl. diff. C. I. §. **XXIV.** tum **BRVNNE-MANNVS** cit. *supra loco*. tum ipsa *praxis* cottidiana.

§. V.

NEQVE tamen *legitima* sua haec praxis aequitate destituitur: vt iam demonstrabimus. tam iuris enim, quam ipsius rei aequitas postulat, vt *rei* semper *fauorabiliores* partes esse debeant, quam *actoris* (b). hinc, si vterque lucrum captat, *durior* est caussa *petitoris* (c). atque *in dubio* semper pro reo pronunciandum (d); adeo, vt *actore non probante*, qui *conuenitur*, *etsi nihil ipse praestat*, obtinere debeat (e). contra *actoris* est *probare*, quod in iudicium duxit (f); & sibi inputet actor, si qua *alioquin* libello suo immisque-

rit,

rit, quibus, salva sua intentione, bene carere potuisset; augendo sibi onus probandi (g). reus autem cogi non potest, ut, adlegando exceptiones, actoris officium subeat; *onusque probandi cum aduersario partiatur* (h). contra reo, simpliciter intentionem actoris *neganti, nulla incumbit probatio* (i). absque probatione vero regulariter, puta, quod nisi per *praesumptionem iuris. vel iuris & de iure*, quam vocant, actor a probando *inmunis* fit; nulla iudicis sententia *condemnatoria* potius, quam *absolutoria* locum inuenire potest (k). QVAE omnia si contuleris, probeque perpenderit, aut omnino coecus es, aut perspicere te oportet, secundum *analogiam iuris communis* vix aliam ad coercendum in non respondendo ad litem sibi intentatam contumacem reum iniri a iudice, legibus non soluto, sed adstricto (l), rationem propitio iure posse; quam, ut, quemadmodum & fieri *communiter* praxis testatur, tandem litem pro *negatiue contestata* adsumat; *actorique* suae *probationem* intentionis iniungat (m).

(b) L. CXXXV. D. de R. l. A.

(c) L. XXXIII. eod.

(d) vid. ill. BOEHM. intr. in ius D. tit. de R. I. & E. SS. §. XIII. l. (β).

(e) L. IV. C. de edendo. equidem hanc legem. de eo tantum casu intellectam volunt, vbi actor *prorsus nihil* probauit: contra, vbi *semiplene* probauerit, *iuriurando subpletorio* locum dantes; vbi *semiplena probatione* probatum *minus*, reo *purgatorium* inponentes. vid. STRYK. de probatione *semiplena* cap. V. & ad tit. de probat. DD. ad vnum omnes. verum vero qui iustitiam praxeos ex solida theoria diiudicare soles, hic lege B. HEINECCII *diff. de lubricitate iurisiurandi subpletorii*.

(g) conf. S STRYKII. l. in P. F. cap. VII. §. V. vbi: *regulariter*, inquit, *vero omnes circumstantiae allegatae sunt probandae*. item ill. BOEHM. tr. de A. S. I. C. IV. §. III. n. h.) nec non THOENNIKERI *aduoc. prud.* in foro ciu. S. II. n. II. & III. vbi: *nam ne verbulum*, inquit, *in libello probatione destitui oportet*.

(h) REVS enim excipiendo fit actor. L. I. D. de exceptt. hinc exceptiones suas rite probare debet; L. XXV. pr. de prob. L. IX. C. de exceptt.

cepte. actor contra ratione exceptionum fit *reus*. quumquē has rei exceptiones vi sui libelli neget; ei vero incumbat probatio, qui dicit, non qui negat; L. II. *D. de probat* patet, actorem illa momenta libelli sui, quibus obpositae exceptiones, non debere probare. atque sic reuera actor per adlegatas abs reo exceptiones in tantum a probatione libelli sui, quod aiunt, *releuatur*: reusque excipiens eum auctore onus probandi *partitur*; ipsumque in effectu in probatione intentionis suae *adiuuat*. at vero ad *agendum* nemo compellitur, vel cogi potest: L. *vn. C. vt nemo inuit ag.* L. IV. §. I. *ff. de al. mut. iud.* multo minus, vt aduersarii actoris intentionem adiuuet: L. I. §. *fin. C. de edendo*: quippe quod aequitati naturali aduersari recte innuit IMP. conf. quae habet B. KOEHLERVS *iur. nat. exerc.* IV. §. DCCXXIX, adcedit, quod quilibet licentiam habeat, his, quae pro se introducta sunt, renunciare: L. *pen. D. de pact.* etiam iuris persequutioni: L. XLVI. *ead.*

(i) PER. *L. modo all. H. D. de prob.* item L. XXIII. *C. eod.* L. X. *C. de N. N. P.*

(k) PROBATIONE enim demum iudici de veritate *rei dubiae* fit *fides*. hinc probationem magis prohibere, quam coarctare; imo eos coërcere debet, qui eam subtrahere aduersario per fraudem nituntur, c. *V. pr. X. vtile non test. & c. XLV. X. de test.* MEVIUS. P. I. D. LI. absque probatione actionis autem reus *regulariter* absolendus: per *LL. supra citt.* adeo, vt, si vtrumque probationes adlatae, puta per pro- & reprobationem, ne alio quidem modo vincere actor possit, quam, si *validioribus* instructus sit rationibus. vid. BOEHM. intr. in ius D. *tit. de R. I. & E. SS. §. XIII. lit. (B).* atque & inde colligitur ratio aequitatis. cur terminus probatorius sit peremptorius ac praeclusiuus. *PRAESUMPTIONES* vero *iuris* releuant a probando eum, pro quo militant: vid. COCCCELL. d. de directa probat. negat. C. III. *n. VI. MEV. P. I. D. LIII. & CXII.* quomvis ne ex his quidem *regulariter* quis sit *condemmandus*, nisi sint *iuris & de iure*; de quibus vide iudicium BOEHM. *c. I. tit. de prob. §. XIV.* vt habet STRYKIVS intr. ad P. F. c. XVII. §. III. quod tamen per *exceptionem* in casu contumaciae rei in non respondendo, hinc nec probationis contrarii, fieri posse, omnino videtur, quando quidem senten-

tia

etia iudicis ferenda est LL. conformiter; *pr. I. de O. I. L. XIII. C. de R. I.* sed LL. per *praesumptiones*, quae vocantur *iuris*, pro vero tantisper aliquid subponunt, dum probetur *contrarium*. vid. BOEHMER, *c. I. tit. de prob. §. XII. lit. β & γ*). vbi vero lex in dubio interim aliquid pro vero adsumit, donec ab altero *contrarium* probatum fuerit, *illi a iudice standum omnino deficiente hac contrarii probatione L. XXIV. D. de prob. COCCCELL. c. I. c. III. §. I. seqq.*

(l) IVDEX enim non legum *magister*, sed tantum *minister* est. L. I. *pr. D. de LL. CICERO de LL. lib. III. cap. I.*

(m) NEQVE haec aduersantur iis, quae ad §. *praeced. lit. (x)* dicta sunt loquor enim de *praxi iuris communis*, quae ex huius definitione, & analogia aestimanda est, iura vero *particularia* humaniorem pro arbitrio & iurisprudentiam & praxin introducere posse prorsus expeditum est. vid. THOMASIVS *de potestate legislatoria statuum imperii contra ius commune*. loquor porro hic de *regula*; quae exceptiones, pro re nata faciendas, non respuit: iisdem vero magis confirmatur ATQVE hinc post haec omnia nondum penitus absum ab illa, quam ibidem per modum problematis defendi, sententia: quaeque pariter nec LL. rationibus, hinc iuris communis analogia; nec DD. ad sensu prorsus destitutam deprehendo, ita enim *titulus D. si quis iudici non obtemp.* grauitur moner, omnibus magistratibus, secundum ius potestatis suae concessum esse, iurisdictionem suam defendere *poenali iudicio*; §. I. *ib.* huius certe exercitium iustitiae & aequitatis illorum; quae posterior nihil est aliud, quam rationabilitas, & ad quas in genere prae stricto iure obligati sunt, vi *L. U. X. C. de iud.*; arbitrandum erit relictum. inprimis autem aduersus *reum* non obtemperantem, id, quod est contumacem, vid. §. *nostra I. n. (g)*; haec magistratibus atque iudicibus concessa facultas est per §. III. *tit. adl. QVIN*, posuimus *extremam* propatulamque rei contumaciam: atque huic praeterea *alias* iunximus *causas praegnantas*, cum illa concurrentes, quorsum inprimis ipsarum causarum *legalis fauor* pertinet. enimvero notum est, hunc saepe ipsum rei fauorem vincere. ita v. gr. qui alias ad edendum non tenetur reus, vt supra §. *praes. not (b) in f.* per all. *L. I. §. fin. C. de ed.* monuimus; ad edendum tamen tenetur, vbi *causā actoris* est *fauorabilior*: qualis intelligitur esse *fisci*: *L. III. P. de edendo. L. II. §. II. de iure fisci*; item, vi *praxeos, ecclesiarum,*

rum, teste cel. LEYSERO in meditat. ad ff. *spec.* XXXII. M. III. & MEVIO P. V. D. CCCXVII. ita porro *regulariter* pro matrimonio pronuntiandum: vid. HEIGIVS quaeft. iur. ciu. & sax. *lib.* II. qu. XVI quod canonistarum idolon fit; pronunciante CHR. THOMASIO in *seinen juristischen Handeln*, P. II. C. III. p. m. CXXIV. adeo, vt sententia contra matrimonium lata prorsus nequeat in rem iudicatam transire; sed nulla fit; & possit omni adhuc tempore impugnari: c. VII. ibique *glossa ad v. permanere*, c. X. & XI. X. de S. & R. I. vbi PANORMITANVS. quid ergo his, similibusque in casibus, rei fauor contra maiorem ipsius causae fauorem, quo superatur? confer hanc in rem, si velis, SIRYKIVM *de iure priuil. contra priuil.* in primis cap. II. qua substratam autem materiam digna est, quam legisse reuellem, cel. nostri MANTZELII *disl. de decisionibus, quae fiunt pro auctoritate*, vulgo: **vom Durchgreiffen**; inauguralis dom. D. SCHVLTZII.

§. VI.

HIS. VTI opus erat, ita visis, quemadmodum scilicet lis in contumaciam a iudice pro contestata adsumi soleat, debeat, ad coercendam praefractam rei contumaciam; iam via aperta ad quaestionem nostram cardinalem adcedimus: *quis nimirum litis ita a iudice pro contestata habitae, iam rei exceptionum intuitu effectus debeat statui esse legitimus?* an quidem ipsa hac ficta litis contestatione omnes rei exceptiones, tam dilatoriae, quam peremptoriae, sublatae atque peremptae videri debeant ita, vt ipsi haud subueniant amplius: nec ne? sique forte subueniant; quae illae sint, quae adhuc in controuersiam venire debeant, vel possint? atque iam hoc disquirere in sequentibus, hoc huius scriptionis argumentum est; vt ex rubro intelligitur. multum vero vereor, ne haecenus superuacaneam duxerint meam operam, qui saepe laudatam ill. BOEHMERI de contumacia non respondentis dissertationem prius legerint; & vt legere, ita eidem subscripserint. sat enim rotunde, & quantusne vir ille est? hanc quaestionem iam dudum ante me ille noster PYTHAGORAS decidit (n), hac litis a iudice in contumaciam pro contestata adsumptione, omnes reum exceptiones peremptorias, (ita de dilatoriis nullum prorsus supererat dubi-

dubium;) quas litis contestationi, si ad eam se adiunxisset, adnectere & potuisset, & debuisset, iuxta REC IMP. de a. MDCLIV. §. XXXVII. *protinus prorsusque amittere*: quod inibi *poena praeclysi* in contumaces statuta legatur. QVAE quidem omnino ita se habere in *iudicio extraordinario seu summario*, supra, prorsus tamen *alia* vfi ratione, & defendimus ipsi, & demonstrauiamus. AT VERO non aequae faciles sumus, ad eundem in eandem sententiam, vbi ad *ordinarium iudicium* quaestio deuoluitur. quapropter omnino opus est, ne quid contra apertam legem, abs viro illustri adlegatam, atque sic contra ius, quod vocant, *in thesi*, desiniamus nulliter (o): vt prius, quam vltra procedamus, ipsa huius adiectatae publicae verba legis huc transcribamus: numque, in quorum gratiam adlegata, probent, probe pensitemus. ita ergo, quod ad *reum* adinet, hac XXXVII. R. I N. in §. legitur: *Es soll der Citirte vnd Beklagte ebenmässig in primo hoc termino erscheinen, vnd in diesem Termin vff die Klagen mit hinfüriger Verwerffung vnd Abschneidung des Wegs der Peremptoriatien, Emissiv, Additional-vnd anderer waserley Articulu, nur allein die Probatorialien aufgenommen, kurz, neruose, vnd deutlich, auch vnterschiedlich vnd klar, ob vnd worinn das factum anders als vom Kläger vorbracht, vnd wie es sich eigentlich verhalte, specificè vnd vff jeden Puncten mit all seinen Umständen anzeigen, wie auch, was er dabey dilatorid oder peremptoriè einzuwenden haben möchte, alles vff einmahl, bey Straff der praeclysi (en ergo praeclysi-onem!) einbringen. caetera.*

(n) saepe laud. diff. C. I. §. XXIV. in f.

(o) conf. COCCCELL. hypponn. iuris ciuil. tit. de off. iud. §. II.

§. VII.

VERVM enim vero quis praxeos studiosus, hinc recessus huius inperii de a. MDCLIV. lector assiduus, non vltro perspiciat, hanc huius REC. IMP. NOV. §. XXXVII. de lite a iudice in contumaciam pro contestata adsumenda, adsumtaeque ita effectu qua rei exceptiones, plane non loqui. palam est, illam tantum de eo, quod rei *comparentis*, & *respondentis* circa litis contestationem ab *ipsomet* faciendam, eique extemplo iungendas exceptiones suas, tam *praemittendo* dilatorias, quam *annectendo* peremptorias, sit of-

cium, disponere. tantum autem abest, vt ex hac R. I. N. §. quaestio
 nostra praesens recte decidatur, vt potius sedes praesentis causae
 paulo antea, in §. scilicet *cit. R. I. modo praecedenti XXXVI*, quem-
 admodum iam supra (*p*) monuimus, & dudum nos ante monuit
 BRVNNEMANNVS (*q*), quaerenda sit: quumque illa iterum re-
 lativa ad ORD. CAM. IMP. (*r*), in illo quidem, ad quem sese
 refert, *tit. XLIII. P. III. ORD. CAMERAL. de anno MDLV.* attamen
 hac qua posteriore adnotata *reformatione*, quod per *cit. §. XXXVI.*
 R. I. N. stabilito prius in *tit. adl. XLIII. P. III. ORD. CAM. IMP.*
banni, vel inmissionis ex primo, vel secundo decreto processui deroga-
 tum sit. QVAPROPTER quum, si vera esset BOEHMERIANA
 sententia, ex falsa tamen ratione decidendi desumpta foret; praes-
 tat utique, arbitror, huius potius tituli ORDINATIONIS. CA-
 MERALIS. IMPERII, quam all. a BOEMERO §. XXXVII. R. I. N.
 pro ratione decidendi nostrae, quae vertitur, quaestioni funda-
 menti loco ponere: eiusque potius ex definitione illam discu-
 tere: vt faciemus. ATQVE ille quidem hic est (*s*): Wo aber
 „der Kläger diesen Weg, mit Erklärung der Nicht, auch den andern
 „mit der Einsetzung ex primo Decreto fallen lassen, vnd in der Haupt-
 „sach fortfahren wolt, soll auff sein Anruffen, nach beschehenem
 „Ruffen (*t*) auch verscheinung der dreyer Gerichtstäg, der Krieg
 „in contumaciam für befestigt angenommen, vnd darauff bis zu
 „nächstem Gerichtstog, zu articuliren frist gegeben werden: doch
 „möcht er alsbald, ohn weitem Schub, sein eingelegt Libell, sofern
 „das articuliert were, an statt der Articulu repetieren, mit Anflaung
 „des Widertheyls vngehorsam (es were denn, daß der Richter
 „auff bewegenden Ursachen, nach Gestalt vnd Gelegenheit der an-
 „geklagten Vngehorsam solches zu nächstem Gericht zu thun beschei-
 „de) vnd alsbald darnach bitten, sich vnd dieselben Articul zu be-
 „weisen zuzulassen. Vnd soll alsdann der Richter auff solch anruf-
 „fen, so fern die Articul zulässig, vnd pertinentes, darüber er denn
 „zuförderst erkennen soll, zu solcher Beweisung frist, nach Ermäs-
 „sung eines Gerichts, bestimmen vnd geben, vnd also des Klägers
 „Kundschaft vnd ander Fürbringen hören, vollfahren, vnd endlich
 „Urtheil geben. Vnd ob für den vngehorsamen Theyl wü-
 „re)

nde gesprochen, soll doch der gehorsam Cläger der Kosten vnd Schäden erledigt werden. & porro (v): Doch soll in diesem Fall, so vermassen in der Hauptsach procediert würde; der Ungehorsam vor Austrag vnnnd End des Rechts in die Kosten vnnnd Schäden, nicht vertheilt werden.

(p) §. IV. n. (y).

(q) in comment. ad C. IVSTIN. ad L. XIII. de iudiciis, §. III. & IV. in f.

(r) verbis: Es verbleibt es bey der Ordnung vnd bisherigem üblichem Gerichts Brauch, daß ic. allermaßen in der Ordnung, part. 3. tit. 43. versehen worden).

(s) §. IV.

(t) vid. supra §. IV. n. (z).

(v) §. V.

§. IIX.

QVAE. VERO quum ita sint, nulla, nisi forte per argumentum, hac in re habita ratione §. XXXVII. R. I. IV. abs ill. BOEHMERO pro ratione decidendi hic, sed minus recte, adlegatae, protinus videri posset, vt vera ratio decidendi quaestionem nostram in titulo a de XLIII. ORD. CAM. IMP. continetur; ita, quemadmodum hunc titulum ipsa haec augustissima CAMERA inperii interpretetur vsu, ac seruet, inquiri a nobis ante omnia; huiusque interpretati- onem vsualem, quasi authenticam (x), pro norma definiendae no- strae, quam disceptamus, causae adsumi oportere vnice. neque, si haec nobis vnice esset opera, eam destituerent, quin non subleuarent illam solum, sed abunde satiarent, summi illi, atque quam maxime pragmatici cameralistae, quos vocamus, RODIN- GVS (y), BLVMIVS (z), GAILIVS (a), MYNSINGERVS (b), & qui sunt porro, quamuis & negari nequeat, illos, vt solent, vtque suum ferebat seculum, & hanc causam perplexe satis tractare, & interpretando plusLL. atqueDD. quam sanae philosophiae legalis, lectoribus promere: imo vero interdum inepte prorsus ac ruditer romanizare (c). AST enim vero, quoniam mens non est, thema, quod tractamus, nostrum, tamquam eius tantum in augustiss. ca- mera inperii vsus esset; vnice ex huius praxi interpretatiua diri- mere; potius, quod eius communis vsus sit in statum, quoque in- perii

perii territorii; illud ex communibus interpretationis regulis, doctrinalis scilicet hermeneuticis, definire: omnium vero minime praxin augustissimi huius imperii tribunalis, quod nefas, carpere ac reformare priuato, irrito quidem, ac prorsus ridiculo conatu; si forte contraria illi in sequentibus philosophemata promam. CONTRA vero summorum Actorum, maxima & LL. prudentia, & longo rerum usu celebratissimorum, expeditum est rationibus, iudicio, consensu, atque auctoritate, obseruantiam tribunalium imperii, (quemadmodum nec in genere superioris iudicii,) vniuersalem legem, normamque inferioribus, quam abscisse sequantur, haud constituere: sed illam potius ad id, quo in introducta est, iudicium restringi vnice (d): puta: quod nisi ab inferioribus quoque ad exemplum recepta sit, ac frequentetur: quo quidem casu omnino & in his *ex recepto* obtinebit. hinc ita quaestio nostra explicanda est, vt vbiuis iudiciorum decisio nostra valere possit: vt vt actu non valeat. quod melius fieri posse haud existimo, quam si ipsam hanc, quam supra integram huc exscripsi, ORD. CAM. IMP. sententiam, nullo abscisse ad certi cuiusdam vsualem interpretationem iudicii habito respectu, quasi primus secundum genuinas interpretationis iuridicae doctrinalis regulas, absque praecudio interpreter.

(*) *L. XXXIX in f. D. de LL. & conf. HORNII de interpretatione iuridica, cum adnotationibus & ex editione HEDLERI, libellus, cap.*

VI. §. IV queiscum contuleris HOLDERRIEDERI *diff. de principiis interpretationis LL. adaequaris, S. I. §. VI. seqq.*

(y) in pandectis cameralibus, *lib. III. tit. LV. per tot. & hinc ibi incidenter.*

(z) in processu suo camerali

(a) obseruat. practicarum *lib. I. O. LX. & LXXX.*

(b) obseruat. imp. cam. *cent. IV. O. ZXVI, ZXVII.*

(c) VTI enim iam taceam perpetuam illam inter contumacem *in non veniendo, & non respondendo* distinctionem, satis barbaram: vnicum tantum huius leguleiisni romanizantis exemplum ex GAILIO *l. c. O. ZX.* speciminis loco adferam. nimirum ille *n. IV.* quaestionem mouens, an actor electione inter tria illa olim coercendi reum contumacem remedia semel facta, variare deinde possit? hanc ita decidit:

dit: ante L. C. dubium non esse, quin variare possit. verum, an idem obrineat, postquam lis in contumaciam rei contestata est, dubitatum fuisse: eo, quod res amplius non sit integra, & iudicium per L. C. coeprum sit: idque per I. L. citt. ex iure romano. en! summam barbariam romanam in praxi germanica, cui enim non constat dupondio, iudicium in foris germaniae hodie non demum per L. C. sed iam per citationis insinuationem constitui? *clem. ult. ut lite pend.* conf. ill BOEHM. intr. in ius D. *tit. de in ius voc. §. XIII.* & instit. iur. canon. *lib. II. tit. III. §. VI. n. II. not. a*): imo ipse GALLIVS obfl. pr *lib. I. O. XLIX. n. I. & lib. II. O. LXXIV.* ILLE vero circa litis contestationem pro initio iudicii hodiernum habendam romanismus, quantaene semper & veteribus fuit, & novioribus esse nondum desit perplexitatis atque contradictionum featurigo? conf. modo STRYKII. V. M. *tit. de edendo §. X.* QVAE mihi quidem sedet iurisprudencia. libelli mutationem tam ante, quam post L. C. actori permisam esse, *salua noua instantia*, n. odo refusus expensis fiat, existimo. conf. in nostram sententiam ENGELBRICHT. ad D. *tit. de edendo §. XLII.* quod vero ad quaestioem a GALLIO motam adinet, variatio illa quidem absque mutatione libelli mihi non concipitur: quamuis eadem *caussa petendi* maneat, rei scilicet contumacia. arbitror enim prorsus alio electo remedio quoque libellum mutari: quamuis hoc scholae forte non sapiat. ita certe respectu rei, cuius haec variatio maxime interest, maxima mutatio foret, iam *bannum* pati. vel *inmissioem*; quam aduersarium ad probationem suae intentionis admitti. *mutatio* vero libelli semper *refusus expensis* tantum permissa: semperque *nouam instantiam* postulat. conf. MEVIVS. D. *LXXXV. n. V. P. VI.* I. VDOVICI *Einleitung zum Civil-Preceß, cap. IX. §. XLIV.* BRVNEMANN. *proc. civil. cap. V. n. XVII.* SAND. *decis. lib. I. tit. IV. def. II.* KNORRIVS in *f. D. 1. P. im J. 38. §. 12.* sapientibus fat: ita enim romanizamus gnaviter.

(d) LEGATVR cum aditione STRYKII. V. M. *tit. de const. princip. §. I. - V.* & supra laudata TROMASII *diff. de potestate legisl. statuum imp. contra ius comm.* ipsi sibi autem verbis ita statuit ill. BOEHMER. in notis MSTR. ad intr. in ius D. *tit. de I. & I. §. II. in f. & conf. HERTIVS de consult. LL. & iudicis in speciall. R. G. I. rebus opp. 1. II.*

§. IX.

§. IX.

QVOD vt breuissimis iam expediam; neque enim pro scopi ratione operosa opus est analysi: non alius, me quidem iudice, constitutionis huius, quam hic sensus est. nimirum, quod si reus *ter.* siue *peremptorie* citatus contumax in non respondendo fuerit; vt *lis* a iudice ad inplorationem petitoris, facta illa quidem, actu pro contestata adsumatur. deinde actor articulos, quos vocant, probatoriales offerat, (e); vtque ad probandam suam intentionem mox admittatur, contendat. iudex vero ad instantiam actoris probationi oblatae locum faciet; instrumenta (f) cognoscet; causam persequetur; tandemque sententia sua finiet secundum acta & probata; ita quidem, vt contumacem, vtvt causa superiorem, semper tamen in expensas litis actori refundendas, resarciendaque damna & interesse, condemnet (g).

(e) EQVIDEM hoc in textu ORD. CAM. adhuc arbitrio electionique actoris relinquitur, an hac vti via, an huic illas *banni*, vel *inmissiois* praeferre malit. verum interpretor textum secundum legem posteriorem abrogatiuam R. I. N. qua, vt monuimus supra §. VII. duo illae priores viae penitus leguntur sublatae.

(f) VERBA quidem textus: **Kundschaft, lund ander Fürbringen**, non diffiteor, tam de *testibus*, quam *instrumentis* patent atque loquuntur. quem vero etiam fugit; *generali* illa *instrumentorum* adpellatione & *testes*, & *strictè* dicta *instrumenta* comprehendi. L. I. D. de F. I. L. XCIX. §. II. de V. S. c. IV. X. de test. cog.

(g) ATQVE vel haec poena, quo casu cumque contumacem feriens, iam satis, arbitror, esse potest ad legitimandam praxeos huius, intuitu actoris, *aequitatem*. vide supra §. IV. V.

§. X.

HAEC itaque haecenus iudex faciet; patietur reus: vi aperti tenoris nostrae constitutionis. contra vero idem hic iudex, ita aduersus contumacem reum procedens, eadem hac lege obligatur, i) vt prius litem pro contestata haud habeat, quam desuper *implovatus*; & post effluxum terminum *peremptorium*, ad respondendum ante praefinitum (h). II) vt, quo gaudet, pro arbitrio boni viri *gradus rei contumaciae* rationem habeat; neque *semper* causam praecipitet (i). III) vt actorem ad probandum *actu* non admit-
tat

tat prius, quam iterum inploratus; adculpataque denuo rei contumacia (k). IV.) vt tam in fauorem actoris, quam rei (l), prius de oblatiis articulis probatorialibus, an pertinentes sint; quique, qui non; an omnes? interloquatur, V) vt terminum probatorum pro arbitrio boni viri praefigat. VI) vt actore non probante, sed testibus potius pro reo deponentibus, (vti saepius fieri caussarum patroni experiuntur;) reum, contumacem quidem, absoluat potius, quam condemnet (m): nec VII) in expensas quidem ante, quam lite prorsus finita.

(b) L. LXX. D. de iud. & conf. RODING. ff. camer. lib. III. tit. LV.
 §. Si Actor &c. v. proclamare decreto. imo per expressa verba textus:
 „auf sein anruffen, nach beschehenem Ruffen, auch Verschei-
 „nung der dreyer Gerichsttag 2c.

(i) PER verba: Es wäre dann, daß der Richter auß bewegenden
 „Besachen, nach Gestalt vnd Gelegenheit der angeklagten
 „Vng-borsam, solches zu nächstem Gericht zu thun bescheide.

(k) PER verba textus: mit Anflagung des Wiederthryls unge-
 „horsam, vnd alsbald darnach bitten, sich vnd dieselben Articul zu
 „beweisen zuzulassen. Vnd soll alsdann der Richter auff solch an-
 ruffen caet.

(l) IN rei quoque fauorem hoc constitutum esse, statim principio forte cuius non adparebit. at vero, si modo expertus fueris, quam operose saepius, quibusque expensis, praecipue si probationis instrumenta per manum subsidialem tibi comparanda sint, probatio instruenda veniat: si porro memineras, haec omnia in pensis rei fieri, expensisque faciendis semper eius de corio ludi; non amplius, arbitror, haesitabis, quo minus & hac in re summum rei fauorem agnoscas. QVAM vero opus sit hac interloquutione, vel ex eo videre est, quod GAILIVS l. c. lib. I. O. LXXXI. n. XV. testatur, meminisse se, ita factum esse saepius in camera, quod duobus aut tribus articulis relevantibus admissis, reliqui omnes, tamquam in pertinentes, reiecti fuerint.

(m) PIE inquam, an superstitiose? immo vero iuridice hac de re idem GAILIVS l. c. lib. I. O. LX n. VII. IIX. „nam si actor, inquit, in-
 „tentionem suam plene probauit, reus contumax condemnatur, sin-
 „minus, absolvitur, quia absentia rei contumacis DEL praesentia sup-
 „pletur. text. L. properandum. §. si autem reus, C. de iudiciis, text. notab.
 „in L. & post edict. ff. de iudic. vbi dicitur, bonam causam absentis
 D
 trium-

„triumphare debere : ob *solum* enim *contumaciam* reus , a^{ct}ore non
„probante, caussa cadere non debet. et suffragantur glossa cum DD.

§. XI.

IAM quodsi per ea, quae supra (n) exposita fuere, hunc huius
constitutionis S. R. I. tribunalis tenorem pro norma processus com-
munioris germaniae ea, quam circa versamus, in re ; saltim mega-
politanoꝝ dicasterioꝝ, forique patrii, adsumamus ; quaeque
singulatim exinde obseruata ad vniuersalia reuocemus : aut falli-
mur magnopere, aut haec inde remanebit subsumtio : *litis a iudice*
in contumaciam pro contestata adsumtionem vniuersae ad OFFICIVM iudi-
cis MERCENARIVM in regula pertinere ; minime vero illa NOBILE
ipsius officium exstingui. hinc necessario porro consequitur , *iudicem*
reus contumaci ad illa omnia adhuc adstrictum manere expedienda, supplenda,
quae ipsi vi NOBILIS. SVI. OFFICII & debebat antea, & praestiturus
fuisset, etiam si illum in non respondendo contumaciam non commississet
(o). atque hoc axioma, cuius de veritate ex anterioribus abunde
constare arbitramur, iam nobis ratio erit legitima, vnde quaestio-
nem nostram : quis *litis a iudice pro contestata adsumtae intuitu*
rei exceptionum effectus esse debeat, facili negotio decidemus.

(n) §. IV. n. (y).

(o) OFFICIVM enim iudicis *nobile* inter & *mercenarium* peruulgata est
distinctio : quam DD. tum ad *tit. I. de off. iud.* tum ad *tit. C. ut, quae*
des. aduoc. partium, iudex suppl. exponere adsolent. est itaque, quod
mireris, magnum illum LVDOVICVM, practicoꝝ nouitioꝝ o-
raaculum, in vsu pr. dist. iur. *lib. V. dist. XX. nobile* iudicis officium
abs iudicio *ciuili* prorsus excludere, quod ibi nihil ex officio iudex fa-
ciat : sed quamdiu a^{ct}or iudicem non inploret, tamdiu iudex etiam
quiescat, recte quidem, si *initium* iudicii, partiumque quae iura sunt,
& facti, spectas : erronee vero quam maxime, ac contra proptulam
praxin, si progressum, si formam iudicii, si iuris adplicationem. ita
v. c. sciunt omnes, clausulam salutarem, vt vt non quidem medelam
omnium vicioꝝ libelli ; minus tamen etiam otiosam esse. conf. IO.
SAM. STRYK *de clausula salutari libellorum.* idcirco & a practicoꝝ non
libello solum actionis, sed singulis exhibitis vtiliter adici solet, quod
vero ad libellum actionis praecise adinet, conf. quae habet S. STRY-
KIVS in iur. in P. F. c. VII. §. IX. *ibique ad,* ita porro iudex, si *con-*
grua

grua id ratio urget, partes ex officio ad personalem audientiam citare solet; &c. plura quaeras apud ZAVNSCHLIFFER, de officio iudicis Suppletorio.

§ XII.

SCILICET si iterum ad summam reuocaueris, quae nobilis illius officii iudicis sunt; quaeque ad tit. I. de officio iudicis distinctius & specialius exponi solent; omne illud nobis his tribus abfolui regulis videtur. I) est, *vt iudex ius subpleat partibus* (p). II) *vt curet, ne iudicium retro reddatur nullum, vel frustraneum* (q). III) denique, *vt semper aequitatem magis, quam ius strictum, durumque sequatur* (r). has ergo, vti in omnibus partibus iudicii, ita & qua rei exceptiones ante oculos habebit, sancteque obseruabit, etiam si in non respondendo contumacis: per ea quae praecedenti Spho demonstrata sunt. ENIM. VERO iam aciem illam exceptionum, tam dilatori- arum, quam peremptoriarum, mente percurras; indolem cuiusuis, effectumque curatius perspiciendo: & adparebit tibi, alias quidem ad ipsum ius ita pertinere, vt per solam huius notitiam, qua polle- re curia debet, iudici aduersus libellum rei subministrantur; alias non item; quin potius eiusmodi esse, vt absque vaticinandi virtute iudici, vel vt iudici, de illis non adlegatis nec constare possit. has ego, vt terminis technicis verborum mihi compendium faciam, *facti*; illas *iuris* vocabo. sunt iterum aliae, quae ita formam iudicii adficiunt, vt omiffae id retro reddant nullum, saltim frustraneum: aliae processus formam ita minus tangunt; sed omiffae haud viti- ant illum, nec effectui destitui suo faciunt. illas *essentiales* vel *for- males*; has *accidentales* adpellabo. quasdam praeterea non raro con- scientia, aequitas, & boni viri arbitrium iudici aduersus strictum actoris ius suggerunt; alias non adlegatas conscientia & aequitas iudicis saluae sponte sua minus curant. has *nominatas*, illas *innominatas*, propria quadam nomenclatura, vocare licebit (s). ATQVE sic mox, arbitror, vides, quae *iuris* sunt, *formales*, & *innominatae* ex- ceptiones, vel dilatoriae, vel peremptoriae, has ad *nobile iudicis officium* spectare; quae vero *facti*, *accidentales*, & *nominatae* nobis vocan- tur, illas ad *mercenarium* pertinere. quumque, vt demonstratum est supra, quae nobilis sui sunt officii, iudex & contumaci reo inperi- rit

ri debeat; quae vero mercenarii sunt, neque iudex subplere possit, nec debeat; illa vero per contumaciam rei, lite pro contestata in contumaciam adsumta, arg. §. XXXVII. R. I. N. merito exstinguantur: aut fallor omnino, aut sponte inde sua consequitur, hunc litis pro contestata habitae intuitu rei contumacis tantum esse debere effectum, vt, quae facti sunt, *accidentales* & *nominatae* eius exceptiones, his tantum hoc facto *praclusus* intelligatur. e contrario *exceptiones iuris, formales*, & quas diximus *innominatas*, easque tam *temporales*, quam *perpetuas*, ab ipso iudice, vi *nobilis* sui officii, pro reo allegari; his eius defensionem *subpleri*; has actoris intentioni opponi oportere.

(p) vid. t. t. C. vt, quae desunt aduocatis partium, iudex suppleat.

(q) ACTVM enim frustraneum LL. abhorrent, L. XIV. §. I. D. vt legator, seu fideicom. nomine cau. BRVNNEM. ad d. L. n. III. hinc & non praesumendum, aliquem actum frustraneum facere velle. L. I. D. ad municip. L. vn. C. de thesaur. lib. X.

(r) PLACVIT enim in omnibus rebus praecipuam esse iustitiae, aequitatisque, quam stricti iuris rationem CONSTANT. & LICINIUS L. II. C. de iudiciis.

(s) LONGE enim aliter, ac feci ego, schola exceptiones partiri solet, vti ex commentariis ad tit. de exceptt. praescriptt. & praeiud. videre est: neque haec positiōem illam *formalium* & *accidentalium*, quod noui ego, nouit, quemadmodum autem trias potius, quam partes faciunt; remque illis implicant magis, quam explicant plerique: ita ego nomina ab illis mutuaui; rem ipsam, pro scopi ratione, nouis positionibus exposui: saluo tamen DD. meorum debito respectu: desuper fortissime protestando. veram enim, non simulatam philosophiam adfectamus: L. I §. I. D. de I. & I.

§. XIII.

VERVM quid haec ita summatim demonstrasse proficiet? quid ita entia auxisse scrupuloso iudicio? nihil certe prius illis, qui minus systematici, vbiicumque de re quadam vniuersaliter disputatur, euge! exclamant, da casus & exempla. plurimum vero, existimo, posterius illis, qui nimis vniuersales omnem veritatem pro dicto de omni & nullo adciipiunt: moxque, vbi cognouerint, lite in contumaciam pro contestata habita, confestim actorem ad pro-

probandum admitti; nec *reum* amplius cum exceptionibus suis audiri; extemplo thesin inde sibi, quae illorum est vniuersalitas, vniuersalem formant: ergo *nullae* prorsus post litem in contumaciam pro contestata habitam reo amplius exceptiones subueniunt (t). enimuero patet ex haecenus demonstratis, & *reum* cum exceptionibus suis praeclusum esse posse; nec tamen aequae exceptionibus pro illo facientibus praeclusum eo ipso esse omnibus, quae adsertiones, tantum abest, vt se inuicem tollant; vt potius bene consistant. EST tamen, quod nos commouet, distinctitatis & euidetiae studium, vt iam per partes eundo, quas subpleri a iudice debere, vi nostrae demonstrationis, exceptiones arbitremur, praecipuas nominatim exponamus; subnexis breuissimis rationibus. plures adiicere, quae eandem indolem habere cognoscuntur, beneuolo lectori relinquentes. atque quum *tria* illarum genera constituerimus, distinctius hac nos in re procedere posse non arbitramur, quam *tribus* pariter *classibus* constitutis, I.) *iuris* scilicet *exceptionum*, II.) *formalium*, & III.) *innominatarum*; ad suam quamque classem referendo.

(t) VTRAMQVE sectam in vitio versari, qua priorem si legeris praefationes elegantissimas, quas B. HEINECCIUS tam elementis suis iuris ciuili. secundum ord. instituit quam pandectarum praemisit; quaeque ill. BOEHMERVS iuri suo digestorum praefatus est; nec non quae illustriss. excellentissimus & generosiss. DOM. A. WESTPHALEN, lumen illud HOLSATIAE musarum, tot olim, haec commoratus, exaesiatis in scriptis theoretico practicis, quae, quod nouerint illa omnes, qui aliquid norunt, non nomino, false, solide ac suauiter docuit: qua posteriorem vero ipsa illa iuris ciuili ex principiis iuris naturae demonstrata nouiorum quorundam rudimenta, vere rudimenta & specimina, non iurisprudentiae, sed ontologiae iuridicae, ac cosmologiae legalis, quodammodo tantum volueris; nullum tibi argumentum opus est amplius.

S. XIV.

AD *iuris* ergo *exceptionum* classem refero:

I) *exceptionem rei iudicatae*. quodsi enim, quod fieri potest, & factum non vno ex casu noui, lis quaedam, dudum per rem iudicatam

catam finita, denuo vel ab ipsa parte victa, vel eius herede, vel a quo bonae fidei cessionario iterum resuscitari velit; iudex vero, acta callens, rei iam iudicatae, ut fas est, memor sit: certe actorem confestim a limine iudicii repellet. ubi vero *ex iusta ignorantia* ad inpetuas petitoris instantias noua illa lis contra non respondentem ad litem contestationem in contumaciam pro contestata habendam, vel iam habitam vsque prouecta fuerit: atque tum demum res iudicata adpareat; & tunc iudex adhuc ex officio hanc litem iam iudicatae exceptionem subplebit: communicata quidem cum actore sententia anteriori, per remedium suspensiuum non inuerfa, litem prorsus tollens. est enim haec exceptio iuris notissimi (v); & ita comparata, ut etiam non adlegata iudici subministratur.

II) *exceptio praescriptionis*. est enim & haec iuris (x); & ex ipso fundamento agendi petitoris suggeri facile iudici potest, veluti, si quis actionem personalem moueat ex debito, ante triginta annos contracto; neque quietantis aduersis, quas antapochas vocant, solutarum vsurarum, vel alio modo, a praescriptionis legitima exceptione liberato. minus vero

III) *exceptionem excussionis*, seu *ordinis* ex pari ratione referre huc poteris (y): tum quod fideiussor stricto iure teneatur (z), hinc haec exceptio non ita *iuris* sit, sed potius *partis & facti*; tum quoniam renunciationem iuris sui iudex impedire non potest (a): tum ergo quoniam renunciationes magnum in iure fauorem habere practicas dicuntur. optime vero

IV.) *exceptionem legitimationis personae*; si quis pro se ex alieno debito agat, nec cessionem libello adiunxerit (b). nec non huc pertinet

V) *exceptio excommunicationis, banni, suae proscriptionis*, quibus actori ius agendi in poenam ademptum (c.). haec enim etiam ex iure succurret iudici sua sponte, quum excommunicatio, bannum, proscriptio publice decreta fuerint.

VI) *exceptio libelli alternatiui* (d): VII) *ineptae cumulationis*: & VIII) *plus petitionis*, si chirographum, quo fundatur petitio, hanc iudici sufflaminet, nec non

IX) *praeiudicialis causae*: vel contra *praepostestationis*. minus vero X) *prorsus inepti, vel obscuri, vel generalis libelli* (e). (r)

- (v) ITA enim haec exceptio iuris est, ut sententia contra remiudicatam lata ipso iure nulla sit: *L. I. quando prou. L. I. C. sentt. resc. non posse: L. IX. C. de sentt. & interl.* hinc, quum neuiquam posteriori iudicio prior res iudicata subuerti possit; patet, hanc, quam tractamus, rei iudicatae exceptionem etiam ad sequentem classem earum, quae processum retro faciunt nullum pertinere: & propterea ex hac quoque causa subpleri a iudice debere.
- (x) HINC ex officio adtendi debet, vid. ill. A. WERNHERI obseruat. selekt. for. tom. I. P. I. O. CCXCIV. p. m. 311. tom. I. P. III. O. CXXXVI. n. II. p. 634. & tom. II. P. IX. O. V. n. I. p. 460.
- (y) vid. IDEM. l. c. tom. I. P. I. O. CXXX. n. XXIII. p. 111. & tom. II. P. IX. O. CCXII. p. 578.
- (z) ETIAM ante debitorem principalem. *L. II. V. & XIX. C. de fideiuss.* quam lubens recepit praxis germanorum: quum & antiqui germani satis rigoroſe cum fideiuſſoribus egerint, secundum illud: *Bürger soll man würgen*: ad quod vid. HERTIVS in paroem. iur. germ. opp. tom. III. p. m. 552. sq.
- (a) REGVLA enim est iuris antiqui, omnes licentiam habere, his, quae pro se introducta sunt, renunciare: IVSTINIANVS *L. penult. D. de pactis.* hic vero excipias fideiuſſorem *indemnitatis*, quo de peculiaris exstat diff. THOMASII: quippe qui demum ipso iure tenetur *in subsidium*. ZOESIVS ad tit. de fideiuſſ. n. XXIV. adeoque renunciatio beneficii excuſſionis, qua eum plane otiosa est. vid. ST RYK. de CCC. S. II. cap. VI. §. XXIV. SCHILTER, exercit. XLIX §. XXIX.
- (b) QVOD cessio facti sit; hinc nec praesumatur: neque vel in processu executiuo sola possessio obligationis ius agendi tribuat. conf. LENZ. de nom. cess. cap. XXVII. m. IX. n. VI.
- (c) vid. ZANGERVS tr. de exceptit. P. II. c. IIX. n. XIV.
- (d) vbi conf. ill. BOEHM. exaſtatiſſimam diſert. *de libellis alternatiuis.*
- (e) HVNC enim iudex dentibus dilacerare, confestimque reiicere, absque citatione aduersae partis, hinc exule hic omni in non respondendo, vel non veniendo de iure rei contumacia, debet. sed de prorsus inepto loquimur; qui, ut diximus, protinus ex officio a iudice reiiciendus est: vid. GAILIVS lib. I. O. LXI. n. XIV. quantum contra fieri potest, iudex curare debet, ut sustineatur non prorsus ineptus.
- vid

vid. IDEM, c. l. n. XVI, & BRVNNEM, proc. ciuil. cap. V, n. XIV.
§. XV.

ESSENTIALIVM, seu *formaliu*m ad classem pertinent

I) iterum *exceptio rei iudicatae* (f). II) vero *exceptio fori*: quippe de qua ipse iudex & cognoscere potest, & debet (g). III.) *tutoris vel curatoris deficientis*: vel, si tutor vel curator agat, IV.) *producendi tutorii vel curatorii*. V) *inhabilitatis procuratoris* (h): aut, si habilis fit, VI) *deficientis prorsus, vel insufficientis mandati*: & quae huius porro cognoscuntur esse generis, enimvero his singulis a iudice neglectis, iudicium ex postfacto facile vel plane nullum est; vel irritum; vel frustraneum. hoc vero iudicis est, sedulo praecauere (i).

f) vid. §. *praeced. n. (r)*.

(g) vid. BRVNNEM, c. l. cap. VII, n. VII. & videatur R. I. N. de a. MDCLIV. §. XL. inprimis haec exceptio formalis erit, si causa ita comparata sit, ut coram iudice *ordinario ciuili* intentari nequeat, sed *singularem iudicem* habeat; quales sunt *causae conistoriales, & feudales*.

(b) REPELLITVR enim ob *sexum* femina; ob *aetatem* pupillus: minor exceptione remouetur: L. XIII. C. *de procurat.* etiam post L. C. sentiente ZANGERO P. II, c. II, n. XCIV, omnino a *iudice*, nec non ob *deficientem fidem & existimationem* infames. vid. DD. *ad tit. de procurat.*

(s) vid. ill. A. WERNHER. c. l. tom. I. P. I. O. LXIX, n. V. p. m. 64. seq.
§. XVI.

EX. CLASSE, quas vocauimus, *innominatarum* quasdam sufficet *exempli* causa adlegasse: quum conscientia ac aequitas certis se limitibus circumscribi vix patiantur; sed arbitrariae iudicum quaestiones sint innumerae. ad hanc ergo classem, positis vbiq;e, quos vocant, terminis habilibus, ne vel summum ius summa fiat iniuria; vel iniquum sub specie aequi inponat: referrem:

I) *exceptionem non decernendarum programmatum*, quae vltro proclamata dicuntur, sed tantum *subsidiarium*. scilicet, si *gravis* quaedam reo contumaci intentetur poena; sed spes adhuc fit, eum ex-

pi-

piscatum vel exploratum iri, secus enim, si prorsus vagabundus sit; de quo legatur acutissima diff. THOMASII de vagabundo; & delictum graue cum contumacia concurrat. PORRO huius classis videtur

II) *exceptio necessariae absentiae, non constituto ad acta procuratore.*

III) *exceptio indulti moratorii, seu litterarum respirationis ab actis notariarum:* quas quod in genere concernit, te remitto ad ill. BOEHMERI peculiarem de litteris respirationis dissertationem.

IV) *exceptio solutionis particularis, & per terminos faciendae (k), nec non interdum*

V) *exceptio rusticitatis; qua reum ex fece plebis, siue ex genere eorum, quibus datum est, ius ignorare (l). caetera; caetera.*

(k) conf. HEINECC. elem. iur. sec. ord. instit. tit. de officio iudicis §. MCCCXXXII.

(l) DE quibus quidem videre est penes DD, ad tit. D. de I. & F. I.

§. XVII.

QVIBVS, quod satis, visis; quumque iam constet, plurimas iudicem rei in vicem subplere oportere exceptiones, ipsi quae emolumento esse possint: etiam si lis in contumaciam pro contestata adsumatur. iam non abs re quaeritur ulterius, qualem ergo se iudex in subplendis his pro reo contumace exceptionibus gerere debeat: & quando illas quidem opponi debere existimemus. quam ad quaestionem, vt respondeam, hoc equidem ex titulo illo saepe adlegato *C. vt. quae def. aduoc. iudex suppleat*, patere arbitror, iudicem, dum nobili suo fungitur officio, iuste partium partes in se fuscipere. ex textu vero, quem pro basi totius nostrae definitionis posuimus, ORD. CAM. IMP. praesenti quidem in causa classici, distinctius adparet, iudicem *nobili* suo officio, etiam post litem iam in contumaciam rei pro contestata adsumtam, reo contumaci adhuc succurrere debere (m). quidni ergo debet ante purificationem huius praeiudicii: & in ipsa purificatione illius? sed iudex, vt iudex, legum tantum minister est, non magister: quo magis ergo, si partis negotia gerat? QVAE quum, vt i sunt, ita sint, se.

sequitur manifesto, vt in obpositione *iuris formalium & innominatarum* exceptionum, quas tam *temporarias*, quam *perpetuas* esse posse vidimus, rei partibus ex nobili suo officio functurus, *analogiam iuris*, partibus scripti, iudex quoque sequi debeat, seruarique. ita autem constitutum est tum legibus inperii (n), tum patriis (o), vt dilatoriae omnes statim in primo termino obponantur; his euentualis litis contestatio iungatur; litis hac euentuali cum contestatione iterum omnes peremptoriae *sub poena praecclusi* combinentur. idem (oo) ergo & iudex *in regula* hic obseruabit. *in regula* inquam: quum enim iudici numquam praeccludatur, vti partibus quidem (p): quum porro facilis in rebus alienis lapsus sit: & caet. ita aequum vt & hoc iudici dandum existimem, vti in successu quoque litis, post litem iam pro contestata adsumtam, *si absque fraude fiat*, exceptiones illas pro reo obicere aetori possit. vbi vero hoc studio ac fraude, vel crassa ex ignorantia, in dispendium, damnusque aetoris graue. ad protelandam, vel profus frustrandam litem fecerit (pp); omnino *ad poenam* tenebitur, & *refusionem expensarum ex propriis* (q) faciendam; actione quidem de syndicato (r); vel alia (s).

(m) vid. §. nostra XI.

(n) per REC. IMP. NOV. §. illam XXXVII. & XL.

(o) per ORD. DICAST. PROV. P. II. tit. XVII. & ORD. CANC. GVSTROV. P. II. tit. XIX. §. I. & III.

(oo) ATQVE hinc vides, pro re nata, aliquando *euentualiter* tantum pro contestata litem in contumaciam a iudice haberi debere: aliquando *simpliciter pure;negatiue* casu quocumque. de eo vero in principio huius disquisitionis ita disserere, meru praeposterationis, & sufficientibus rationibus hactenus destitutus, nondum audebam, vid. §. I. n. (k) *in f.*

(p) conf. GAIL. lib. I. O. CVII. n. V.

(pp) v. c. SI iudex exceptionem *praescriptionis* competere reo posse statim ab initio iudicii perspexerit; illam autem adlegare vel vsque ad sententiam studio moratus fuerit; qua post adparente fundata, omnis aetoris laboriosa probatio iam in cassum abeat; damno quidem ipsius, ac rei familiaria-

liaris dispendio cum maximo. vel. si notoria sit iudicis incompetencia, v. c. ob causae indolem. quae singularem suum iudicem postulet: prius vero incompetenciam suam, quam in executione, iudex haud alleget. caetera.

(q) vid. GE. MICH. HEBERL tr. de fiducia magistratus, v. *bon unger* rechten Obrigkeitlichen Umbriss. Freß: cap V. §. XV. XVI. *ibique all.* neque enim hoc casu reum, vt vt *contumacem*, ad eas refundendas, quae ita post L. C. *dolo iudicis* actori causatae fuere, adstrictum existimarem, nemini enim dolus suus patrocinari debet, & alteri obesse. vnde *hoc quidem casu* cum restrictione ad tempus L. C. applicatio constitutionis CAM. IMP. *semper* reum in expensas condemnantis, facienda, me quidem iudice, erit.

(r) NEQUE enim haec actio extra usum est. vid. ill. A. WERNH. obs. sel. for. T. II. P. lxx. O. CCCLXIX *per tot.* de eius autem natura consule HEINECCIUM elem. I. C. sec. ord. instit. tit. de O. quae *quasi ex del.* §. MCXIII. & n. *)

(s) vid. idem A. WERNH. l. c. & HEBERVS a. l. cap. V. & VI. §. V.

§. XLIX.

QVEMADMODVM autem tam iure communi (r), quam patrio (v), permillum adhuc reo est, si quae ipsi post L. C. demum in notitiam veniant quod iureiurando comprobandum (x), exceptiones; has etiam post litem iam contestatam obponere (y). quaedam porro exceptiones ipsam *executionem* suspendunt; & hinc a reo etiam *in ipso termino executionis* adhuc opponi possunt (z). ITA si ad ea, quae supra latius, imprimis quae §. X. exposita sunt, respicio, non video, quare is, in cuius contumaciam lis pro contestata adsumta est, reus illis, prioribus quidem iurisiurandi lege legitimandis tamen, praeclusus prae aliis existimandus sit; citra vim legi pariter, ac aequitati inferendam. quin potius vtrasque & huic damus, alias post litem contestationem, quamuis in contumaciam factam, alias in ipsa executione adhuc obmouendas. etenim quod ad illas, quae post L. C. demum repertae dicuntur, adinet, iurisiurandi religio iustam comprobat adfuisse ignorantiam: quae, quum hoc casu *facti* sit, vt nemini, ita nec huic reo in damnum quoddam vergere debet (a). quod vero ad illas, quae ipsam executioni-

cutionem inpediendi vim abs legibus acceperere, *reus* in contumaciam cum exceptionibus *suis* praeclusus (*b*) quidem, non ultra tamen praeclusus haberi debet, quam vis litis contestationis pertendit. semper autem, atque ubique rei haec nostri contumacia per refusionem expensarum hactenus causatarum, & reliquarum, quae *facti*, *accidentales*, & *nominatae* erant, suarum exceptionum praeclusionem, iam quod satis est, arbitrator, punitur. AD IUDICEM utrumque genus, de quibus loquimur, exceptionum si referas, prioris ille generis, quandoquidem *facti*, subplere numquam poterit; quantumcumque nobile sit eius officium: nisi ab *ipso* nouiter repertas; & *iuris* quidem, *formales*, vel *innominatas* (*c*). posterioris generis non alias, nisi iterum eiusmodi trium specierum (*d*): nec aliter, quam si a dolo vel culpa se demonstrare possit fuisse alienum (*e*). reorum enim est fugere, & protrahere litem; non iudicis, causas protelare. quoniam vero executio, quam circa modo versamur, finis est officii iudicis, atque omnis iudicii; ipsa rei, causaeque, quam tractamus, indoles haec nobis ponit.

F I N E M.

(*t*) *c. IV. X. de exceptt. & c. XXXI. ibid. de testt.*

(*v*) vid. modo ORD. DIC. PROV. P. II. *tit. XVII. in f. v*: *Wann aber ennelte, &c.*

(*x*) conf. ZANG. de exceptt. *cap. XXII. n. VII.*

(*y*) vid. STRYKII. I. in P. F. *cap. IX. §. III. & cap. XVI. §. III. in f.*

(*z*) DE his, harumque requisitis adi ill. BOEHM. intr. in I. D. *tit. de exceptt. §. X. ibique al.*

(*a*) conf. IDEM I. *c. tit. de I. & F. I. §. IV.*



(*b*) vid. §. nostra XIII.

(*c*) vid. §. nostra XII, XIV. *sqq.*

(*d*) per demonstrata §. XII.

(*e*) conf. §. nostra XVII. *in f.*

S. D. G.

 (o) 

PRAENOBILISSIMO. AC. DOCTISSIMO
DOMINO
RESPONDENTI

FAVORI. SVO. ATQVE. AMICO. AESTVMA-
TISSIMO. HONORATISSIMO.

S. & O.

PRAESES

QVVM sciam ego, & sciant omnes, qui TE norunt, VIR
PRAENOBILISSIME. DOCTISSIME, summam TVAM
modestiam cum singulari TVA, qua polles prae multis, e-
ruditione ac doctrina eleganter de primis contendere: quo vehe-
mentior mihi est stimulus, laudes TVAS depraedicandi; eo magis
inuitus ab hoc officio, non tam amoris, quam necessitatis, explendo
retineor propriis his TVIS virtutibus: ne vel modestiam TVAM
laedam, eruditionem TVAM perpolitam laudando, ut fas est; vel
modestiae TVAE satisfactorius eruditioni TVAE quid detrahere
videar, minus illam euehendo laudibus eo, quo par est. sermonem
itaque potius profus abstineam meum ab his TVIS virtutibus; peccato-
re illis ac mente satisfactorius eo vberius. verum quidem, de TE
respondente, in publice defendenda hac prolusione mea academica
mihi adfistente gnauiter, publice laetari, ac gratulari mihi, nec pos-
sum non; nec aemulae hae TVAE virtutes prohibent, quin iubent po-
tius, ac rara concordia contendunt. laetor itaque hanc meam for-
tunam, ac publice mihi gratulor. utque hunc TVVM fauorem, quum
aliter non possim, votis compensem, ac gratulationibus; & TIBI gra-
tulator nouum illud ac egregium, quod & TIBI hac re comparabis,
eruditionis ac modestiae, vtriusque eximiae. elogium: quamque
his virtutibus maximis nunquam non obtinebis grauium virorum
bene-

benevolentiam, tuto TIBI in antecessum polliceor. quin tantum ab-
fit, vt his in rem praesentem factis voto ac gratulatione propensiori
meo, quo in nomen WEBERIANVM feror, animi adfectui satisfac-
tum quis existimet; vt potius, quod dadum licuerit, et ulterius li-
cebit mihi adeo esse felici, vt fratris TVI natu maximi, viri nobilif-
simi, consultissimi, atque doctissimi, DOM. D. IO CHRISTIANI. WE-
BERI, practici nostratis consummatissimi, felicissimi, fauore, contu-
bernio, ac vsu familiari, non sine maximo meo fructu vterer; ter-
tio vero geniti, iam pariter ICTi ac practici vti eximii, ita felicif-
simi, adfectum fauoris atque amicitiae a commilitio academico ad
honores academicos conseruarim; iam autem & TE VIR. PRAENO-
BILISSIME, fautorem, ac opellae praesentis meae defensoremeo nactus
sim; vti reliqua amoris TVI ac fauoris documenta taceam: ita totus
sim in colendo nomine WEBERIANO, vt quemadmodum cottidie,
ita & in praesentiarum pro omni genera WEBERIANAE familiae felici-
tate, cui DEVS. T. O. M. patrem familias, plurimum venerandum
& officio & senio, diu adhuc sospitem superstitem esse sinat, arden-
tissima suspiria, quae chartae prohibet angustia verbis fundi, sincer-
rimo adfectu, ac ex intimis cordis penetralibus fundam
tacitus, dab. e musaeo ipsis idibus APRIL.

A. R. S. c1830cxlvi



ULB Halle
000 710 598



3

Sb







B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Pa. 22, num. 26.

150

10
QVOD, FELICITER, CEDAT

DE

EFFECTV. LITIS. A. IVDICE

IN. CONTVMACIAM. PRO

CONTESTATA. HABITAE

INTVITV. REI. EXCEPTIONVM

DISQVISIONEM. PRACTICAM

MAGNIFICO. IVRECONSULTORVM. ORDINE

CONSENTIENTE

P 489
IN. ACADEMIA. PATRIA. VARNIACA

XVI. APRILIS. A. MDCCXLVI

H. L. Q. C.

PVBLICA. DISPVATIONE. TVEBVNTVR

PRAESES

THEODORVS. IOANNES

QVISTORPIVS

IVRIVM. LICENTIATVS. POETA. ATQVE. REGIAE

SOCIETATIS. TEVTONICAE. GRYPHISWAL-


DENSIS. MEMBRVM

ATQVE

RESPONDENS

IOACHIMVS. FRIEDERICVS. WEBERVS

SCHLATENO-MECKLENBVRG. I. V. C.



ROSTOCHII

FORMIS. ADLERIANIS

